

Band II., Nr. 515, Seite 335-336

Bischof Diethelm von Konstanz bestätigt die von Herzog Philipp von Schwaben an das Kloster Weißenau geschehene Schenkung der Kirche zur heiligen Christina (in Ravensburg).

Ohne Ortsangabe, 1200.

Diethalmus, dei gratia Constantiensis episcopus, dilectis in Christo filiis, O.¹ preposito de Augia et universis fratribus suis, salutem in domino. Ad promovendam donationem quam gloriosus princeps, Phylippus dux Suevię, pro sua suorumque salutę vestrę fecit domui, scilicet de ecclesia sanctę Cristinę, que in proximis apud vos sita est, vestrę universitatis devotio, prout debuit, nostrum episcopalem requisivit assensum. Super quo, habita ea consideratione, quia vigor et studium Premonstratensis religionis adhuc apud vos per gratiam dei competenti floret honestate, et etiam quia ad onus tante multitudinis et hospitalitatis vestrę sustentande, pauca vobis dinoscuntur esse stipendia, proinde ad huius rei effectum propensiori vobis succurrimus obsequio. Nos igitur, auctoritate dei et nostra et de beneplacito ac conniventia fratrum ecclesię nostrę et etiam aliorum prelatorum nostrorum, indulgemus: ut pro competenti vicinitate locorum liceat vobis per vestros canonicos, idoneas tamen personas, eidem ecclesię et plebi eiusdem providere et in ea divina cęlebrare. Ad hęc omnimoda ac inrefragabili observatione decernimus, quod nec tibi, O. preposite, vel alicui successorum tuorum unquam liceat pro aliquo motu vestrę voluntatis, sive ad instantiam alicuius principis, vel etiam cuiuslibet personę, salva in omnibus apostolica obedientia, eandem ecclesiam a profectu vestrę domus ad aliquam secularem personam alienare; set iuxta id, quod eiusdem elemosine inclitus donator in suo voto viva voce taxavit et etiam suo auctentico scripto signavit, perpetuo ac fideli adimpleatur obsequio, videlicet ut deinceps de redditibus et sumptibus eiusdem ecclesię consulatur necessitati et inedię sacrarum virginum sive sanctimonialium que ibidem sub eadem professione divino cultui mancipate, die noctuque mira atque laudanda integritate deo deserviunt, quarum etiam numerus iam omnino ultra vires vestrę domus excrevisse dinoscitur. Et ne vetustatis vel alicuius oblivionis error, vel etiam cuiuspian pravi detractoris obiectus huic expresse ac fixe ordinationi postmodum in aliquo valeat obviare, nos hanc testimonialem paginam, secundum geste rei seriem conscriptam et tam sigillo chori nostri quam nostro

¹Ortolf (1175–1180) und erneut (1191–1203). Über die Schenkung an seine Kirche vgl. die Urkunde Nr. 502 (WUB, Bd. II, S. 320 f.).

II

munitam, vobis fecimus exhiberi.

 Acta sunt hec ab incarnatione domini nostri Ihesu Christi anno MCC., presidente sedi apostolicę Innocentio III., anno pontificatus eiusdem IIII.² Testes huius rei sunt: inprimis canonici de matrice ipsius Constantiensis ecclesię, Cunradus maior prepositus. Vlricus decanus et custos. Cunradus de Tettingen. Wernherus de Stöfin. Hugo cellerarius. Marquardus frater suus. Vlricus de Castil. Berhtoldus de Annuviler. Rüdigerus de [Ra]tirshouen^{a3}. Cunradus de Gundelfingen. Cunradus rufus, scriptor episcopi. Marquardus abbas de Cruclingen. Ebrhardus abbas de Petri domus^b. Wernherus [de] Aigoltingen^c. Burchardus plebanus de Wolmüttingen. Rüdolfus plebanus de Munsterlingen. Hainricus plebanus de sancto Stephano⁴.

—

Der Textabdruck folgt dem Original. Die Urkunde befindet sich außerdem in drei, im Fürstlich Waldburg-Zeil'schen Archiv in Zeil befindlichen Weißenauer Codices.

 Beide Siegel sind verloren.

^aDie Stelle in eckigen Klammern ist durch ein Loch im Original ausgefallen und aus dem Weißenauer Codex ergänzt.

^bDie Stelle in eckigen Klammern ist durch ein Loch im Original ausgefallen und aus dem Weißenauer Codex ergänzt, auch steht *Ebrhardus* und *domus*.

^cDie Stelle in eckigen Klammern ist durch ein Loch im Original ausgefallen und aus dem Weißenauer Codex ergänzt. Ein wohl noch vor der Beschädigung der Urkunde vom Konstanzer Official 1326 Juni 19 ausgestelltes Vidimus liest die ausgefallenen Buchstaben *de Wy[goltingen]*.

²Das vierte Regierungsjahr Innozenz' III fällt zwischen den Anfang des Jahres 1201 und 1202.

³Unermittelt.

⁴Stephanskirche in Konstanz.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

B 523 U 872; U 873

Überlieferung und Textkritik:

Orig.; WUB, Bd. VI, S. 511: die Urk. befindet sich auch in 3 im Fürstlich Waldburg-Zeil'schen Archiv in Zeil befindlichen Weissenauer Codices

Regesten:

Chartularium Sangallense, Bd. 3, S. 67, Nr. 969.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Ortsindex:

Andwil, Birwinken, Kt. Thurgau, Schweiz
 Dettingen Wohnplatz (14434)
 Dettingen, Konstanz, KN
 Eigeltingen Wohnplatz (14283)
 Eigeltingen, KN
 Gundelfingen Wohnplatz (15913)
 Gundelfingen, Münsingen, RT
 Kastell, Tägerwilen, Kt. Thurgau, Schweiz
 Konstanz Wohnplatz (14442)
 Konstanz, KN
 Kreuzlingen, Kt. Thurgau, Schweiz
 Münsterlingen, Kt. Thurgau, Schweiz
 Petershausen Wohnplatz (14450)
 Petershausen, Konstanz, KN
 Ratirshofen
 Ravensburg Wohnplatz (20120)
 Ravensburg, RV
 Staufen Wüstung (26131)
 Staufen, Hilzingen, KN, W
 Weißenau Wohnplatz (20163)
 Weißenau, Ravensburg, RV
 Wigoltingen, Kt. Thurgau, Schweiz
 Wollmatingen Wohnplatz (14458)
 Wollmatingen, Konstanz, KN